Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore - Cod. Aug. perg. 13

[Reichenau ?], [13. Jh.]

Dominica XVIIII. post octavam pentecosten. Secundum Matheum [= 9,1-8]. Omelia beati Iohannis episcopi de eadem lectione. I.

urn:nbn:de:bsz:31-41548

Visual Library

nec ipsi sine sacerdotibus. nec sacerdotes sine ipso esse possunt. IIII.

Maius est hoc mandatum. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. quam illud non occides. non concupisces. tamen utilitas una est. Nam qui diligit deum. ille non occidit aut concupiscit. Qui autem occidit aut concupiscit. non diligit dominum deum suum. Esse autem minora mandata dominus manifestat dicens. Si quis unum ex minimis istis solverit et docuerit sic homines. minimus vocabitur in regno celorum. Diliges inquit non timeas. quia diligere maius est quam timere. Memoratio enim culture dei habet timorem. perfectio dilectionem. dicente iohanne. Perfecta dilectio foras mittit timorem. Donec enim homo timet deum. non eum diligit. cum diligere cepit. iam non eum tantummodo timet. sed et amplius diligit. Timere enim servorum. diligere filiorum est. Timor sub necessitate est. dilectio in libertate. Qui in timore servit deo. penam quidem evadit. mercedem autem non habet. quia invitus fecit bonum propter timorem.

IN DOM. XVIIII. POST OCT PENTEC. SECUNDUM MATHEUM.

In illo tempore. Ascendens ihesus in naviculam. transfretavit et venit in civitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns ihesus fidem illorum. dixit paralytico. Confide fili. remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis. dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset ihesus cogitationes eorum dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata. aut dicere surge et ambula? Ut sciatis autem quoniam filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata. tunc ait paralytico. Surge tolle lectum tuum. et vade in domum tuam. Et surrexit. et abiit in domum suam. Videntes autem turbe timuerunt. et glorificaverunt deum. qui dedit potestatem talem hominibus;

OMELIA beati Iohannis episcopi. De eadem LECTIONE. I.

XPS IN HUMAnis actibus divina gessisse mysteria. et in rebus visibilibus invisibilia exercuisse negotia. lectio hodierna monstravit. Ascendit inquit in naviculam et transfretavit. et venit in civitatem suam. Nonne ipse est qui fugatis fluctibus maris profunda nudavit. ut israheliticus populus inter stupentes undas sicco vestigio velud montium cacumina transiret? Nonne hic est dominus qui petri pedibus marinos vertices inclinavit. ut iter liquidum humanis gressibus solidum preberet obsequium? Et quid est hoc quod

Colleta.

Dirigat corda nostra domine quesumus tue miserationis operatio. quia tibi sine te placere non possumus. Per.

ipse sibi maris sic denegat seruitute͞ · ut breuissimi laci transitu͞ submerce· de nautica transfretaret· ·II·

Ascendit inq̄t innauiculā· et transfretauit· Et q̄d mirum f̄rs· Xp̄c uenit suscipe͞ infirmitates n̄ras· et sue nobis cferre remedia sanitatis· q̄a medicus q̄ non fert infirmitates· curare infirmitates nescit· et q̄ n̄ fuerit cū infirmo infirmatus· infirmo n̄ pot̄ cferre sanitate͞ · Xp̄c ergo si insi[illegible] mansisset uirtutibus· conmune cū hominib; nil haberet· et n̄ impleret carnis ordine͞ · carnis nullo ociosa eēt susceptio· Sustinu it [illegible] g̊ has necessitates· ut homo uerus· humanis necessitatib; probaretur· ·III·

Ascendit innauiculā xp̄c· eccl'e uidel̄ nauim· secli fluctum semp mitigaturus· Ascendit· ut credentes inse adceleste patriam tranq̄lla nauigatione pducat· et municipes ciuitatis sue faciat· q̄s humanitatis sue fecit eē cōsortes. Non g̊ xp̄c indiget naui· s; nauis indiget xp̄o· quia sine celesti gubernatore nauis eccl'e pmundanū pelagus· tanta et talia discrimina patiens· adceleste portū n̄ ualet puenire. Hec diximus f̄rs quantum adintelligentiā spiritale͞ · uerū ipsi hystorie ordine͞ psequam̄· Ascendit inq̄t innauiculā· et transfretauit· et uenit inciuitatē suam· ·IIII·

Creator rerū orbis dn̄s· postea quā se xp̄c nos n̄ra angustauit incarne· cepit habere humanā patriam· cepit ciuitatis iudaice eē ciuis· parentes b̄re habere cep̄· parentū omniū ipse parens· ut inuitaret amor· attraheret caritas· uinceret affectio· suaderet humanitas· q̊s fugarat dominatio· metus dispserat· et fecerat uis potestatis extorres. Venit inciuitatē suā· et obtulerunt ei paralyticum iacente͞ inlecto· Et uidens inquit dn̄s fide͞ illoꝝ· dix paralytico· Confide fili· dimittunt̄ t̄ pecca tua· Audit ueniā· et tacet paralyticus· nec ullā respondit gr̄am· q̄a plus corpis quā anime tendebat adcuram· et temporales erūnas resoluti corpis sic deflebat· ut et̄nas penas resolutionis anime n̄ defleret· grauiore͞ s̄ psente͞ uitā iudicans quā futurā· Merito xp̄c offerentium fide͞ respicit· et uecordiā despicit· sic iacentis ut fidi aliene suffragio paralytici anima ante curaretur quā corpus· Tu aute͞ ·

DOM· XX· POST OCT PENT·
SCDM MATHEUM·